



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo

Bynaeus, Anthony

Dordraci, 1682

... an calcei?

urn:nbn:de:hbz:466:1-12835

Abarb. ad
h. l.

est, uti Vulgatus reddit, *ornamentum calceorum*. Abarbanel existimat, filias Zion, eo quod emiuisse dicantur, altis usas fuisse calceis, ad magnitudinem staturæ corporis conciliandam. Quod etiamnum solemne esse apud Venetos, atque inde natum dicterium facetum & falsum viri maximi Julii Cæsaris Scaligeri in Italicas mulieres & earum maritos, quos *uxorum suarum dimidium in lectis genialibus amplecti, altero earum dimidio cum calceis deposito*, dixit, videre est apud elegantissimum Balduinum. Imo ex R. Jischak addit Abarbanel, *quod calceamentis suis indiderint myrrham & balsamum, & conculcaverint in pavimento*. Ex recentioribus quoque complures *ornamenta calceorum* exponunt.

Bald. de
Cal. Ant.
pag. 147.

Abarb. ad
h. l.

III. Non mirum multos interpretes in hanc sententiam adductos, cum vox כַּלְעַי sit obscura, & ab omni tempore varie reddita. LXX. habent: $\text{τὴν δὲξαν τῆς ἰμπεριουῆς αὐτῶν}$. Abarbanel etiam monet filias Zion pedibus suis induxisse כַּלְעַי , quarū agitatione tanto melius audirentur, aut quod portaverint mundum pretiosum

tiosum in pedibus suis, è gemmis scilicet aut margaritis, ac motu suo pedem pedi alliserint, ut hac ratione monilium sonantium perciperetur strepitus. Placuit hoc Kimchio, qui **כסדי** vult fuisse crepitacula tinnientia, quæ mulieres in pedibus gestarunt. Meminit hujus sententiæ Franciscus Vatablus: *Alii volunt ornamentum pedum fuisse, non ab simile illi, quo utuntur mulieres Hispanæ, quæ crepidas gestant cum tintinnabulis dum saltant.* Eam amplectitur vir illustris Hugo Grotius. Sed **כסדי**, ut docent nos Hebræi, erant crepitacula in pedibus mulierum, quibus inter saltandum utebantur. R. Levi Ben Gerson: **העכסיהם** כמו תכשיטין נושאות אותן ברגליהן כאמר **אכאסין** sunt sicut ornamenta, quas gestant mulieres in pedibus suis, juxta id quod dicitur, *et in pedibus suis העכסיהם*. Alludit ad ea verba, quæ paulo superius apud Prophetam nostrum occurrunt. Magnus Theologus Franciscus Junius ornamenta vult fuisse cruralia, quibus veluti compedibus, utriusque cruri alligatis, discerent modificare gressus. Præi-
verunt

Kimchi ad
h. l.

Vatab. ad
h. l.

Grotius ad
h. l.

R. Levi ad
Prov. 7. 22.

Jun. ad h. l.